Privilegium Maius (S. 668.26–669.13)	Papstkatalog des Petrus Guillermi	Gregor von Catino
imperatori miserunt. Qui *cum Aretina civitate* comoraretur, *Romanorum* legati *ante* eius *presentiam* constiterunt et ei de *Iohannis* periculo *nunciantes* ac repente *de electione Benedicti* imperatorem deprecantes, *tale responsum ab eo* audierunt: ‚*Quando* enim *dimisero ensem meum, tunc dimittam Leonem papam, ut in cathedram non restituam* apostolicam.‘ (18) *Legatis* autem ad suos *reversis, Romani* consilium inierunt et *Benedictum* quidem adduxerunt et in manus *imperatoris* eum *tradiderunt, Leonem* quoque in cathedram restituerunt.	*ne* [vel consecratione] *Benedicti diaconi* rogaverunt. Sed nichil ab eo *optinere* potuerunt, *taleque ab eo responsum* acceperunt: ‚*Quando dimisero ensem meum, tunc dimittam ut domnum Leonem papam in cathedram* sancti Petri *non restituam.*‘ Nuntii vero ipsi *reversi, sine consensu* et voluntate [domni] *imperatoris eundem Benedictum diaconum* in Romanum pontificem *elegerunt.* Quod audiens domnus *imperator magis in* furore et *ira exarsit;* [pergensque] *undique* circumvallavit *civitatem* Romanam per diversas *civitates, oppida, castella cepit depraedari,* incendere atque *devastare et funditus* dissipare, *et in tantam* vero *penuriam* et captivitatem eam *adduxit, ut modius furfuris* venumdaretur *XXX denariis. Coangustati* autem et afflicti *Romani* et tam pessimum malum sufferre non valentes, *innocentem Benedictum imperatori tradiderunt et domnum Leonem* in Romanam et apostolicam sedem susceperunt, *spondentes ei* obedientiam *et domno imperatori super corpus beati Petri* apostoli sacramentum. *Dimisit* enim *eis quanta et qualia ab* ipsis *perpessus est mala.*	*in iram exarsit* et *civitatem undique* giravit *et in tantam penuriam adduxit, ut modius furfuris* venderetur *triginta denariis. Coangustati* vero *Romani innocentem Benedictum imperatori tradiderunt et domnum Leonem* papam coacti receperunt, *spondentes ei et domno imperatori super corpus beati Petri. Dimisit* autem *eis quanta et qualia mala perpessus est ab* illis.